

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Disputationum Philosophicarum Quinta, continens Regulas VI. circa doctrinam Causae et Causati. Respondente publice Johanne Heinricho Magdeburgio, Gebeseno Thuringo

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Disputationum Philosophicarum**QVINTA,*

continens

## REGULAS VI.

*circa doctrinam*

## CAUSÆ ET CAUSATI.

RESPONDENTE

*publicè*JOHANNE HEINRICO MAGDEBURGIO,  
Gebeseno. Thuringo.

## REGULA I.

*Causa non est deterior effectū.*

I.

**C**onsiderabimus hoc in tribus causarum generibus. Nam de fine infra. Quantum igitur ad causas internas, quæ sunt materia & forma, dicimus, illas simul sumtas & unitas, & effectum earum, quod est compositum, esse ejusdem perfectionis. Ratio manifesta est, quia compositum ex materiâ & formâ, & ipsa materia & forma unitæ secundum rem unum & idem sunt, eademque omnino includunt; utraq; verò seorsim & per se sumta est imperfectior effectū, i.e. materia est imperfectior compositō, & forma est imperfectior eodem.

Quan.

II.  
contro  
nus V.  
*Met. d.*  
senten  
Nos co  
Qui  
lic  
on  
Sed  
ma  
fed  
an  
E. e  
Similit  
Con  
ma  
E. &  
III.  
am om  
reale  
quam  
riam e  
tet ex  
losoph  
mam,  
stantia  
comp  
ribus

II. Quantum ad materiam, non novi esse controversiam. De formâ disentiunt Jandunus *V. Met. quest. VI.* Augustinus Niphus *VII. Met. disp. V.* & Zimara *in theor. propos. 10.* estque sententia Averrois *II. Phys. t. 4. & VII. Met. t. 7.* Nos contra ita argumentamur:

Quicquid includit totam perfectionem alicujus, ita ut insuper includat perfectionem alterius, id est eò perfectius, Sed compositum totam perfectionem formæ includit, ita ut insuper includat perfectionem materiæ, sicut homo præter animam includit etiam corpus.

E. est perfectius formâ.

Similiter subsumere licet de materiâ:

Compositum includit totam perfectionem materiæ, & insuper perfectionem formæ E. & materiâ perfectius est.

III. Neq; verum est, quod dicunt, materiam omni destitui perfectione; cum omne ens reale bonum quid sit, & perfectionem aliquam importet. Quis autem negaverit, materiam esse ens reale? Imò substantia est, ut patet ex *II. de anim. t. 2.* & aliis locis, quibus Philosophus dividit substantiam in materiâ, formam, & compositum & ex *I. Phys. t. 52.* ubi substantiam ex non substantiis componi negat: componitur autem ex materiâ & formâ. Pluribus aliis testimoniis ex Philosopho adducendis

cendis immorari nihil attinet. Et si materia non est ens reale, ex nihilò aliquid fiet, quod ab universò tum antiquissimorum, tum recentiorum Philosophorum chorò pro absurdò semper fuit habitum, quã de re infrã in Titulò de materiã.

IV. Nec majoris momenti est, quod ajunt, positò materiam in se aliquam continere perfectionem, non tamen inde firmiter colligi, compositum, quod ex eã & formã constat, formã esse perfectius; quando quidem hoc aggregatum, Deus & mundus, includit perfectionem mundi, quam Deus formaliter non includit, nec tamen perfectius est, quàm solus Deus. Est enim magnum descrimen. Continetur enim omnis perfectio totius mundi in Deò, si non formaliter, tamen eminenter. At quod dicunt, perfectionem materiã in formã eminenter contineri, falsissimum est. Quod enim eminenter aliquid continet, debet illud posse producere, sicut dicetur *Reg. seq.* At materiam forma non potest efficere, sicut Deus omnes res extra se producit.

V. Militare autem pro compositi dignitate omninò videtur & hoc, quod forma est pars compositi sive totius. *At totum aut perfectum aut omninò unum sunt, & natura inter sese affinitia,* ait Aristoteles *III. Phys. t. 64.*

VI. Nugas agunt Fonseca *L. VII, Met. c. III.*

q. II.

q. II.  
guene  
as con  
fi con  
ctiore  
est, s  
perfe

VII.  
ctum  
ab ips  
existe  
Deum  
forma  
forma

IX.  
est, el  
infor  
hitur  
forma  
conce  
Cum  
nimir  
se sub  
vision  
Si tert  
ejus d  
quod  
se sub  
versè

*q. II. f. II.* & Pereri<sup>a</sup> *VI. phil. nat. c. V.* dum distinguendô oppositas in hâc quæstione sententias conciliari posse censent. Ille dicit, formam, si consideretur, ut actus est, compositô perfectiorem, si ut actus vel forma informans, hoc est, secundum propriam rationem, minus perfectam esse.

VII. Quod ut evertamus, præmittimus, actum sive formam duplicem constitui, etiam ab ipsô Fonseca *I. Met. VII. q. III. f. VI* per se existentem sive non informantem, cujusmodi Deum & substantias separatas esse dicit, & informantem, illum nimirum, qui materiam informandô compositum constituit.

IX. Jam quando statuit, formam, ut actus est, esse perfectiorem, accipit actum aut pro informante, aut pro subsistente, aut ut abstrahitur ab utrôque. Non primô modô, quia sic formam cedere in perfectione composito concedit. Si secundô, apertè falsum dicit. Cùm enim forma, de quâ hîc sermo est, quæ nimirum est pars compositi, non sit actus per se subsistens, sed potius ipsi opponatur in divisione, ut actus subsistens considerari nequit. Si terriô, quod omninô velle videtur, neq; sic ejus determinatio admitti potest, propterea, quod actus in communi, ut complectitur per se subsistentem & informantem, non est univèrsè perfectior compositô: aliàs enim & actus

actus quilibet informans esset perfectior compositio, & sic caderet posterius membrum conciliationis Fónsecæ, sed secundum ipsum necesse est, quendam perfectiorem esse; ut subsistentem, quendam autem imperfectiorem. Quemadmodum ergò malè diceretur, equum esse imperfectiorem leone, ut tale animal est, id est, ut equus est, perfectiorem, ut animal: propterea, quod de ratione animalis non est, esse perfectius leone, sed quoddam perfectius est, ut homo, quoddam imperfectius. Sic non rectè asseritur, formam, ut actum, esse compositio perfectiorem, quoniam non est de ratione actus, ut per se subsistentem & informantem sub se comprehendit, compositio perfectiorem esse. Taceo, quod voci actus in eâ latitudine, communis aliqua ratio non respondeat, sed in æquivocis potius ea esse videatur.

IX. Pererius contra ferè ait, formam, consideratam per se ac separatim à materiâ, esse eâ ignobiliorem, ut autem habet esse in materiâ, nihil aliud esse, quàm ipsum compositum, quod attinet ad nobilitatem & perfectionem, quæ est in compositio, & sic vel æqualem nobilitatem & perfectionem, vel etiam majorem, non modò nihil perfectionis adjungere composito, sed radicem etiam esse & seminarium cunctarum imperfectionum

&amp;

& def  
bus;  
dictis  
us fo  
perfe

X.

& con  
tum &  
g. bo  
tassis  
mâ c  
lapide  
quod  
rum g  
cum f  
comp

XI.

comp  
mam  
ne ant  
fint ge  
rapot  
accide  
pè cau  
giore  
talis fi

XII.

dicen  
de pri

& defectuum, quæ accidunt rebus naturalibus; quod minimè conceditur, ut patet ex dictis §. III. Aut si id verum est, cur non potius forma seorsim à materiâ considerata est perfectior?

X. Comparatio autem hæc inter formam & compositum instituta concernit compositum & formam, ex quâ constat. Dicimus v. g. bovem esse perfectiorem animâ bovis. Formâ tassis enim compositum cum alterius rei formâ collatum perfectione superabitur, ut si lapidem cum animâ rationali comparea; quod quidem & in omnibus reliquis causarum generibus observandum esse, ut nempe cum suis, & non cum alterius causæ effectibus comparentur, manifestissimum est.

XI. Caterùm, cùm materia non tantùm compositi, sed & formæ causa sit videtur, formam substantialem simpliciter ei perfectione antestare, propterea, quod, cùm ejusdem sint generis, forma actus est, materia verò pura potentia, & quidem passiva est. De formâ, accidentali Suarez contrarium asserit, nempe causam materialem esse simpliciter perfectiorem suò causatò, eò, quod forma accidentalis sit.

XII. Quantum ad causam effectricem, aliud dicendum est de causâ instrumentali, aliud de principali. Instrumentalis potest imperfe-  
rior

etior esse effectu, sicut patet de calore, per quem tanquam per instrumentum, generatur substantia, v. g. caro. At calor, tanquam accidens, substantiâ ignobilior est. Dico, *potest*, quia non necesse esse videtur, ut sit ignobilior, potest enim esse nobilior, quod conspicitur, cum securi, tanquam instrumento, ligna finduntur. Causa verò principalis non est imperfectior effectu, & hoc vult nostra Regula.

XIII. Cum autem causa principalis duplex sit, univoca & æquivoca, univoca est ejusdem perfectionis essentialis cum effectu, ut bos generans cum bove à se genitò, calor cum calore à se productò. Et ratio est, quia causa univoca est ejusdem speciei cum effectu. Quæ autem ejusdem speciei sunt, essentialiter æqualis perfectionis sunt, prout colligitur ex Aristotele III. Met. t. II. Dixi autem, *essentialis*, quia quantum ad ea quæ non sunt essentialia, causa univoca potest esse perfectior effectu. Potest enim calor ignis, qui octo graduum est, producere calorem longè debiliorem, ut duorum vel trium graduum. Verùm calorem esse tot vel tot graduum, non pertinet ad essentialiam ejus.

XIV. Sed potestne causa univoca esse imperfectior, quantum ad aliquod accidens? Ita videtur, quia pater potest generare filium nobi-

nobi-  
sam un-  
tu qua  
si homi-  
eundem  
tis, sed  
ab aliâ  
Suarez  
- XV.  
la est e  
à se ext  
tio est,  
sunt es  
quoque  
putat F  
igitur  
cie dif  
perfect  
minori  
princip  
ter. E. i  
II. q. III  
in hon  
I. Q  
aliquid  
nitur h  
In hon



nobilioris ingenii. Dicendum tamen, causam univocam non esse imperfectiorem effectum quantum ad id, quod est ejus effectus. Quod si homo genitus sit præstantioris ingenii, sequendum id non est effectus hominis generantis, sed id aliunde, ut à virtute astrorum; aut ab aliâ aliquâ causâ provenit. Quâ de re vid. Suarez cit. disp. XVI. sect. II. n. 7. & seqq.

XV. Quantum ad causam æquivocam, illa est effectum perfectior, ut architectus domo à se extructâ, Sol calore à se productô. Et ratio est, quia quæ diversa speciei sunt, non possunt esse æqualis perfectionis, quod ipsum quoque ex *tit. loc.* Aristotelis colligitur, & disputat Fonseca V. Met. c. XXVIII. q. XIV. s. II. Cû igitur causa æquivoca & effectus sint res speciei differentes, non potest illa æqualis esse perfectionis cum hoc: ergo vel majoris, vel minoris. Non hoc, quia sic non esset causa principalis, nec contineret effectum eminenter. E. illud. Vide Conimbricenses in I. post. c. II. q. III. arr. VI.

## REGULA II.

*Quicquid est in effectu, præexistit in causa.*

I. Quod pertinet, quod vulgò dicitur, quod aliquid non habet, alteri dare non potest. Propositur hæc regula de causâ efficiente. Inquis: in homine reperitur natura animalis, quæ tamen

tamen non reperitur in Deo, qui est causa hominis. Calor non reperitur in Sole, qui tamen est causa caloris. E. non omnis effectus, vel id, quod reperitur in effectu, est in causâ.

II. Pro solutione hujus dubii & explanatione Regulæ, sciendum est, posse aliquid in aliquo reperiri vel contineri dupliciter, formaliter & eminenter. Competit aliquid alicui formaliter, quando ipsi competit ejus ratio formalis, sive definitio & conceptus quidditativus, aut aliquid in eò est, cui talis ratio formalis competat. Ita ignis est calidus formaliter, quia ratio formalis calidi est, quod sit corpus affectum qualitate elementari, quâ congregantur homogenea, & segregantur heterogenea. At ignis est corpus tali qualitate affectum. Eodem recidit, sit dicamus, calorem formaliter esse in igne, quia caloris essentia est, esse qualitatem elementarem congregativam homogeneorum, & segregativam heterogeneorum. At in igne talis qualitas reperitur. Competit verò aliquid alicui eminenter, quando ipsi non competit talis rei ratio formalis, nec in eâ aliquid reperitur, cui ratio formalis ejus competat: est tamen in eò aliquid nobilius, cum vi effectivâ talis rei. Ita Sol dicitur calidus eminenter, quia non est aliquid in Sole, cui definitio caloris competat (nulla enim in Sole qualitas

eleme  
qua no  
produc  
formal  
includi  
dam eff  
ter, qu  
ctior, e  
III.  
quicqu  
maliter  
est ex i  
lutum  
pio.  
IV.  
non ita  
quod in  
causâ, t  
quod n  
univoc  
specie f  
modum  
idem n  
V, D  
quid in  
patris  
in effec  
causa t  
taliter

ele

elementaris reperitur) est tamen in eò forma aliqua nobilior, & ita quidem, ut calorem possit producere. Sic in Deo est natura animalis, non formaliter, quia essentia sive natura animalis includit compositionem, quæ imperfectio quædam est, & propterea à Deo aliena; sed eminenter, quia in Deo est natura infinitis modis perfectior, cum vi producendi hominem.

III. Hisce præmissis, dicimus, effectum, & quicquid est in effectu, in causâ univocâ esse formaliter, in æquivocâ verò eminenter. Res clara est ex iis, quæ modò attulimus: & sic etiam solutum est argumentum propositum in principio.

IV. Quod autem de causâ univocâ diximus, non ita intelligendum est, quasi effectus, & id, quod in effectu est, idem numero præexistat in causâ, sed accipiendum est de identitate specificâ, quod nimirum effectus sit idem specie cum causâ univocâ, & quod id, quod in effectu est, idem specie sit cum aliquo, quod in causâ est, quemadmodum calor in aqua productus est in igne; non idem numero calor est, sed idem specie.

V. Dicis: Pater est causa filii, nec tamen quicquid in filio est, est in patre. cum filius doctissimus patris inertissimi esse possit. Resp. Quicquid est in effectu necessario & essentialiter, illud est in causa univoca; sed quod est in effectu accidentaliter & contingenter, ejusmodi quid est eru-

ditio in filio, id non est necesse, ut sit in causa uni-  
vocā. Ratio patet ex iis, quæ in explicatione Re-  
gulæ præcedentis diximus. Potest etiam ita re-  
sponderi: quicquid est in effectu, quatenus est  
effectus, sive secundum id, secundum quod est  
effectus, præexistere in causa, at filius, quatenus  
doctus, non est effectus patris.

VI. Atque ea, quæ hæcenus diximus, de cau-  
sâ principali diximus, cum divisio causæ in uni-  
vocam & æquivocam, usitatô modô loquendi,  
sit causæ principalis. In instrumentali non est  
necesse, ut vel formaliter vel eminenter existat  
effectus, & id, quod in effectu reperitur, cum in-  
fluat virtute ignobiliori, quàm ad ipsum produ-  
cendum requiritur.

VII. Paucis ista complexus est Fonseca, quan-  
do VII. *Metaph. c. III. q. unic. s. II. ait: Quod dici  
solet, causas non conferre suis effectis ea, quæ in se i-  
psis non habent, de efficientibus principalibus, non de  
internis aut instrumentalibus intelligendum est, eo,  
quod efficientes principales vel formaliter, vel emi-  
nenter ac virtute continere debeant in se perfectio-  
nes suorum effectuum.*

### REGULA III.

*Impossibile est, aliquem ejusdem causa effe-  
ctum æquivocam nobiliorem esse  
effectu univocô.*

I. Proponit hanc Regulam Scotus L. IX. *Met.*

*Met.*

*Met. q.*  
quam  
scilicet  
palis ad  
princip  
ponit a  
fectius  
lore aqu  
ignis in  
rofredi  
intellec  
intellig  
ne, nisi  
sa actus  
effectum  
effectu  
II. V  
tur ex i  
erunt p  
causa in  
perfecti  
perfecti  
effectu p  
univocu  
sæ; æqu  
rum. Pr  
quivocu  
perfecti  
sua cau

*Met. quest. XIV.* eaque utitur contra sententiam, quam *I. dist. III. q. VII* Godofredo tribuit: quod scilicet objectum, & quidem solum, sit causa principalis actus intelligendi, anima autem sit tantum principium passivum respectu ejusdem. Præsupponit autem, intelligere esse quid simpliciter perfectius omni calore genito ab alio calore v. g. calore aquæ, genito à calore ignis. Sit igitur calor ignis, intellectus objectum. Ex sententia Godofredi ille solus producit actum intelligendi in intellectu. At hoc absurdum est, quia intelligere non potest esse effectus caloris in igne, nisi æquivocus. Si igitur calor ignis est causa actus intelligendi, & quidem solus, sequitur effectum æquivocum caloris esse perfectiorem effectu ejus univoco.

*II.* Veritas autem Regulæ facile demonstratur ex iis, quæ in explicatione Regulæ primæ fuerunt proposita. Est enim effectus univocus suæ causa imperfectione æqualis, æquivocus verò imperfectior. Si enim causa univoca æqualis est perfectionis cum effectu suo; æquivoca verò suo effectu perfectior est, necesse est, etiam effectum univocum in perfectione æqualem esse suæ causæ; æquivocum verò imperfectiorem, vi relatorum. Procedat ergo ab eadem causa effectus, æquivocus & univocus. Si effectus æquivocus est perfectior univoco, erit etiam perfectior ipsa sua causa, quia sicut dictum est, illa causa &

I 2

es

effectus ejus univocus sunt æqualis perfectionis. Quod autem est perfectius aliquò. quod est æqualis cum altero perfectionis, id illo altero est etiam perfectius.

## REGULA IV.

*Causa causa est etiam causa causati.*

I. Sensus est hic: Cum aliquid est causa alijus effectus & effectus ille alterius effectus est causa, tunc prior illa causa est etiam causa posterioris illius effectus.

II. Videtur ex hac Regula colligi, Deum esse causam peccati. Nam voluntas hominis est causa peccati. Cùm igitur Deus sit causa voluntatis humanæ, sequi videtur, Deum esse causam peccati.

III. Ut Regulam explicemus, & difficultatem hanc tollamus, circumspicere oportet exempla, & videre, an patiatur instantiam. Certè filius est causa proditionis patriæ, pater est causa filii, nec tamen propterea pater est causa proditionis patriæ. Similiter & boni quid agere filius potest, ut illius boni pater causa non sit.

IV. Cùm igitur ex jam allatis exemplis constet, non esse Regulam universalem, dispiciendum est de limitationibus. Vulgò distinguunt inter causas per se & essentialiter subordinatas & inter causas accidentaliter subordinatas. Dicunt valere Regulam in causis essentialiter subordinatis non autem in subordinatis accidentaliter:

V. Dicuntur autem, dicitur Fonseca II.

*Mst.*

*Met. c.*  
 9. II cau  
 cause es  
 ut alter  
 fando, q  
 nantur  
 omniur  
 secund  
 acciden  
 dem gen  
 altera p  
 in caus  
 respect  
 se, quia  
 eò in g  
 lum ad  
 ses, cùn  
 erit.

VI. J  
 tim pat  
 iam bo  
 aut bon  
 at, quia  
 operati  
 subord  
 ad hui  
 VII.  
 detur d  
 causa c

*Met. c. II. q. 1 s. II. ex intentione Scoti I. Sent. dist. II. q. II. causa essentialiter subordinata, quolibet due cause ejusdem generis, quæ ita sunt affecta inter se, ut altera ex natura sua pendeat ab altera in causando, quomodo omnes causæ secundæ subordinantur Deo, quoniam concurrunt cum actionibus omnium creaturarum, suntque earum actiones secundum rem ipsius Dei actiones. Causæ verò accidentaliter subordinatæ sunt quolibet due ejusdem generis cause, quæ ita affecta inter se sunt, ut altera pendeat aliquo modo ab altera, non tamen in causando. Tales causæ sunt Anchises & Æneas respectu Juli. Dependet enim Æneas ab Anchise, quia ab eò genitus fuit, non tamen pendet ab eò in gignendò Julò, quia cum Æneas genuit Julum ad hoc nullum præbuit concursum Anchises, cum etiam tunc temporis mortuus esse poterit.*

VI. Jam si verum est, quod §. IV. assertum, statim patet, cur cum filius patriam prodit, vel etiam boni quid agit, pater tamen illius prodicionis aut bonarum illarum actionum causa dici nequeat, quia scilicet filius in prodenda patria, aut in operatione alicujus boni, patri essentialiter non subordinatur, cum pater cum ipso non concurrat ad hujusmodi actiones.

VII. Verùm hisce non sublata, sed aucta videtur difficultas de causa peccati. Nam causa causæ essentialiter subordinatæ est causa causati

secundum factam assertionem. Sed Deus est causa voluntatis humanæ, quæ ipsi essentialiter subordinatur in peccando. E. Deus est causa peccati. Minor patet, quia peccatum est operatio. Sed, ut dictum, omnis creatura in operando Deo essentialiter subordinatur.

*IX. Responderi potest in peccato duo esse consideranda: unum est materiale, nempe actio; alterum formale, quod est defectus & carentia rectitudinis, quæ in actione esse debeat.* Homo essentialiter subordinatur Deo in peccando, quatenus peccatum materialiter sumitur, nempe pro actione sive operatione in se, non ut formaliter accipitur. Nam subordinatio essentialis importat dependentiam alicujus ab aliquo in agendo, quemadmodum ex supra dictis constat. Sed peccatum formaliter, sive ut est peccatum, non est actio, sed defectus actioni adhærens; quæ ratio etiam non habet causam efficientem, sed deficientem, nec propriè est causatum. Hinc Augustinus *L. XII. de Civ. Dei c. VII.* ait: *Nemo quarat efficientem causam male voluntatis, non enim est efficiens, sed deficiens quia nec illa effectiva est, sed defectiva.*

*IX.* Doctissimus quidam vir, limitationem hanc, quod scilicet regula valeat de causis essentialiter subordinatis, non autem de subordinatis accidentaliter, non judicat esse sufficientem, propter hoc ipsum, quod pater est causa per se filii, &

filii

filii  
uti quo  
operatio

X. S  
convell  
filii per  
peratio  
sentiali  
cutioni  
ctu, in p  
ter duas  
depend  
sito igni  
esse cau  
suarum  
â patre  
mortuo  
pterea  
subordi  
XI.

bis non  
cum en  
non sub  
vel patr  
patriam  
ille, ha  
causa ca  
crimine  
gistratu



filius est causa per se suarum operationum, vel uti quod disputat, currit, nec tamen pater harum operationum est causa.

X. Sed exceptio ista limitationem illam non convellit, quoniam aliud est, patrem esse causam filii per se, & filium esse causam per se suarum operationum, aliud, filium esse causam per se & essentialiter patri subordinatam; in prioribus locutionibus comparatur una causa cum uno effectu, in posteriori verò comparatio instituitur inter duas causas, quatenus ab iis unum causatum dependet, quod notavit etiam Scotus *q. cit.* Posito igitur eò, de quo jam non disputamus, patrem esse causam per se filii, & filium esse per se causam suarum operationum; filius tamen in operando à patre non dependet, cum operari possit patre mortuo æquè, atque quando in vivis est, & propterea non est causa per se & essentialiter patri subordinata.

XI. Non tamen diffiteor, alias ob causas nobis non satisfacere adductam distinctionem. Locum enim habet Regula in causis essentialiter non subordinatis. Nam si quis svasu & instinctu vel patris, vel cujuslibet etiam peregrini hominis patriam prodat, pater quoque, vel peregrinus ille, habetur pro causa proditæ patriæ, quia fuit causa causæ, id est fuit causa, cur alter proditionis crimine sese alligarit. Itè, cum carnifex jussu magistratus homicidam decollat, magistratus est causa

decollationis, propterea, quod est causa causæ, id est, causa, cur carnifex ferro caput ipsi auferat quemadmodum & qui subjicit ignem tecto, combustionum ædium causa est. Nihilominus tamen in hisce exemplis subordinatio essentialis non intervenit: nec enim pater vel peregrinus ille ad prodicionem, aut Magistratus ad decollationem, nec qui subjicit ignem, ad combustionem ædium concurrat.

XII. Hæc certè convincunt, in causis non subordinatis Regulam procedere. Cùm autem supra §. III, & VI. probatum quoque sit, in iis non semper valere, de alia distinctione laborandum erit. Præmitto, aliquid esse causam causæ non essentialiter subordinatæ dupliciter, vel in actu primò tantum, sive quoad esse absolutum, aut etiam quoad fieri ejus; vel ut sit causa, cui aliqua causa agit, jubendo, suadendo, agens ad patiens applicando, occasionem præbendo, aptitudinem causæ communicando, cum intentione, ut ad actum deducatur, vel saltem ut illa aptitudo sit, per se ordinata ad talem actum, aut simili modo, sive sit etiam causa ejus quoad esse absolutum, vel fieri ejus, sive non. Quùm filius prodit patriam, inscio patre, pater est causa causæ, quoad fieri tantum, quia filius à patre genitus est. Cum quis promissis vel pecunia inductus à peregrino prodit patriam, peregrinus ille est causa causæ, non quoad fieri aut esse absolutum, sed solum ut  
fit,

fit causæ  
persuadens  
causa u

XIII.  
gens ad  
aliud fi  
tunc ca  
proban

XIV.  
liguntur  
efficit.  
efficit i  
tecto n  
gò caus  
sunt?

XV.  
det alio  
§ V. M  
collocat  
duplici  
quæ rev  
saphysi  
um, &  
reverè  
tur effi  
tales su  
tes mal  
agentia  
istiusm

fit causa proditionis. Quum autem filius à patre persuasus id facinoris perpetrat, pater est causa, causa utroque modo.

XIII. Quando aliquis jubendo, suadendò, agens ad patiens applicando, &c. causa est, cur aliud sit causa, sive ut aliqua causa aliquid agat, tunc causa causæ est etiam causa causati, id quod probant exempla §. XI.

XIV. Dicis: Exempla illa dubio procul intelliguntur de causâ efficiente. Efficiens est id, quod efficit. Qui suadet, aut jubet aliquid fieri, non efficit ipsum factum, sicut & qui subjicit ignem, tecto non efficit combustionem. Quomodo ergò causæ efficientes horum factorum dici possunt?

XV. Respondetur, eum, qui consulit aut suadet aliquid fieri, ipse Philosophus *II. Phys. c. III. & V. Met. c. II.* in causarum efficientium numero collocat, Ubi sciendum, causam efficientem esse duplicem, physicam & moralem. Physica dicitur, quæ reverâ influit in effectum, sicut ignis est causa physica aquæ calefactæ & combustarum ædium, & carnifex actus decolandi. Moralis licet reverâ non influat, moraliter tamen ipsi tribuitur effectus, ac sive reverâ eum produxisset. Et tales sunt jubentes, consulentes, non prohibentes malum cum possint ac debeant, applicantes agentia ad patientia &c. Probat argumentum, istiusmodi causas non esse physicas, id quod

concedimus, sunt nihilominus causæ morales.

XV. Quando verò aliquid est causa causæ in fieri, vel secundum effectantùm, & non in hoc, ut agat, tunc causa causæ non est causa causati, id quod probat argumentum §. III. adductum.

XVI. Bellarminus tom. IV. *controvers. generali II. Lib. II. c. XVII.* scribit propositionem illam, quod est causa causæ, est etiam causa causati, ut plurimum non habere locum in causâ universali, quæ adhibet influxum quendam communem & indifferentem ad multa. Hoc si verum est, ut quidem mihi verum esse videtur, & modò latius ex ipsò Bellarminò deducam, sequitur, & in causis per se & essentialiter subordinatis plerumque locum non esse præfenti Regulæ. Nam cum duæ causæ ita se habent respectu alicujus effectus, ut una illarum adhibeat influxum communem & indifferentem, altera determinatum, illæ causæ essentialiter sunt subordinatæ.

XVIII. Sed hæc paulò fufius sunt declaranda, Bellarminò nobis præunte. Sic ergò progredior: In subordinatione essentiali causa causæ vel concursum præbet generalem, vel specialem. Si præbet concursum generalem tantum, non est causa causati, nisi id aliundè sit. *Potest hoc facile cognosci Solis exemplò, (sunt verba Bellarmini) qui concurrit ad productionem hominis cum homine, sed concursu generali tantum, quoniam non ideo*

qui

qui n  
quia p  
undem  
lis fuiss  
atur in  
illius in  
sit cau  
potuiss  
causâ  
volunt  
bitrio  
adeft,  
bero an  
defectu  
concur  
atq; ea

XIX

quia c  
non er  
ad han

XX

aitione  
quod t  
juxta B  
næa D  
liberur  
iis ben  
cendan  
etiam,

qui nascitur est homo, quia producitur à Sole, sed quia producitur ab homine. Potuisset enim per eundem Solis concursum produci bos aut equus, si talis fuisset causa secunda. Et si forte defectus reperitur in homine illò recens natò, nemo refert causam illius in Solem, sed in hominem, non tam, quia Sol sit causa necessaria, quàm quia per Solis concursum potuisset homo perfectus procreari, si defectus in causa secundà nullus fuisset. Ita quoq; ad actionem voluntatis humana concurrat Deus cum libero arbitrio, sed quia Deus generali concursu tantum adest, non est talis actio, quia à Deo, sed quia à libero arbitrio producitur, & si forte actio mala est defectus ad Deum nullo modo pertinet, cum per ejus concursum potuisset contraria actio aequè produci, atq; ea, quæ producta est. Hactenus Bellarminus.

XIX. Dicis: Si Deus non est causa peccati, quia concurrat tantum concursu generali, etiam non erit causa actionis moraliter bonæ, quia & ad hanc tantum generaliter concurrat.

XX. Resp. Concurrat quidem ad utramque actionem, bonam & malam, concursu generali, quod tamen illa Deo tribuitur, non verò ista; duæ juxta Bellarminum sunt causæ. Prima est, quia bonæ à Deo sunt intentæ. Dedit enim nobis Deus liberum arbitrium & auxilium generale idèò, ut iis benè & ad vitam secundum rationem traducendam uteremur, quamvis permittat, ut fecus etiam, si libuerit, faciamus. Secunda est, quia

Deus bonas actiones imperat, laudat, ad eas hor-  
ratur & invitat; actionem verò malam non in-  
tendit, neque imperat, sed potius vetat, improbat  
atque ab eâ deterret. Et hoc est, quod dixi §.  
XII. *nisi id aliunde sit*, sicut quod Deus bonarum  
actionum causa est, non provenit nudè ex gene-  
rali concursu; sed ex causis modò allatis.

XXI. Quod si causa causæ concurrit speciali  
ratione, tunc ratione istius concursus quoque  
simpliciter est causa causati. Ita nullum dubi-  
um est, Deum actibus Simsonis, & Apostolis in  
sanandis hominum morbis, speciali auxilio adfu-  
isse, quæ opera propterea ipsi rectè accepta ferun-  
tur. Plura circa hanc materiam vide apud Bel-  
larminum *loc. cit.* & Becanum *Theol. Schol. Part.*  
*II. tract. II. c. VI q. II.*

XXII. Et hæc quidem de præsentis Regulæ,  
quantum ad causam efficientem, de quâ quidem  
plerumque usurpatur. Habet autè & in finali lo-  
cum, quando inter plures fines unus ad alterum  
refertur, ut si unus sit ultimus, alter intermedius:  
Sic enim quod finis est finis, est etiã finis medii  
ad illum finem; quemadmodum, quia expulsio  
pravorum humorum est finis medicamenti, & sa-  
nitas est finis expulsionis pravorum humorum,  
sanitas etiã ipsius medicamenti finis est.

XXIII. Valet & de causâ materiali. Quod enim  
est materia materiæ est etiã materia materiati, sic-  
ut quia propositiones sunt materia syllogismi, &  
ter-

termi-  
ni sunt  
lus eju

XX

fam ca  
eausæ  
efficien  
nos id  
verfi g  
causati  
sæ for  
læ, qua

XX

*Met. q.*

causa  
causet

efficien  
ut ipso

notitia  
pis, est  
sa, & se

ipfarun

XX

materi  
quocu  
mati,

materi  
efficien  
ti, cuju

termini sunt materia propositionū, ideò & termini sunt materia syllogismi. In causà formali nullus ejus usus esse videtur.

XXIV. Caterum, cūm causam causæ esse causam causati, bifariam possit dici: vel ut duæ illæ causæ ejusdem sint generis, velut si utraque sit efficiens, vel utraque finis: quo sensu hæcenus nos id explicasse, manifestum est; vel, ut sint diversi generis, veluti si aliquid sit formalis causa causati, alterum verò sit causa efficiens istius causæ formalis. Quæritur, an etiam sit locus Regulæ, quando causæ sunt diversi generis.

XXV. Nos asserimus contra Fonseca *Lib. V. Met. quest. XVI. s. VI.* Primū enim finis, qui est causa causæ efficientis, ut scilicet efficiens actu causet, est quoque causa finalis ipsius effectus ab efficiente producti, v.g. scribis literas ad amicum, ut ipsum de fortunâ tuâ certiore facias. Hic notitia rerum tuarum, quam amicum habere cupis, est causa finalis, quæ facit, ut tu actu sis causa, & scribas, & per hoc quoque est causa finalis ipsarum literarum scriptarum.

XXVI. Secundò, quod est causa efficiens vel materialis formæ, ut est actu causa formalis, est quoque causa efficiens vel materialis ipsius formati. Ut id, quod educit formam ex potentiâ materiæ, vel saltem eam materiæ unit, est causa efficiens formæ, & eò ipsò etiam ipsius compositi, cujus illa est causa formalis, sicut & materia,

ma

materia, quatenus ex ejus potentiâ vel forma simpliciter, vel saltem ratione unionis, (quod fit in animâ rationali) per quam est causa formalis, educitur, est causa causæ formalis, & per hoc etiam ipsius completi, cujus ipsa formalis est causa.

XXVII. Dico autem, *ut est actu causa formalis*, quia quod est causa efficiens formæ, tantum secundum esse absolutum, & non ratione unionis ejuscum materiâ, per quam (unionem) actu & formaliter est causa formalis, non statim est causa efficiens formati, quemadmodum parietem dealbâsse dicitur, non qui gypsum confecit, sed pictor, qui ipsum parieti illeivit. Quanquam enim gypsum, non est forma parietis albi, quatenus albus est, forma tamen illa est albedo gypsi, quæ parieti unitur mediante gypsô

XXIIX. Sic causa efficiens materiæ non est causa efficiens materiati, sicut apes ceram conficientes non sunt causæ efficientes operis arte ex cerâ facti. Quod si aliquid sit causa materiæ, ut causa est materialis, quale quidem est id, quod materiam formæ unit, de illo idem dicendum est quod de eò, qui est causæ formæ, ut est actu causa formalis, uniendo nimirum formam materiæ (per unionem enim & formalis & materialis causa actu sunt hujusmodi causæ) nempe illud etiam est causa materiati.

RE



## REGULA V.

*Idem quatenus idem, semper facit idem*

I. Vulgatum est Philosophorum pronunciatum, quod desumserunt ex Aristotele *L. II. de gen & corrupt. t. 56.* ubi ait: τὸ αὐτὸ ἡμῶν αὐτῶν ἐχὼν αἰεὶ τὸ αὐτὸ πρὸς γενεοποιεῖν, *idem & eodem modo sese habens, semper idem facere aptum est,* eoque utitur ad probandum, generationis & corruptionis causam non esse modum primi mobilis, quia cum is idem sit, & eodem modo semper sese habeat, non potest esse causa diversitatis mutationū in hisce inferioribus, ita ut jam res generentur, jam intereant; sed requiri aliquid, quod diverso tempore diversimodè sese habeat. Id dicit esse motum Solis, qui jam ad nos accedit jam recedit, accessuque generationis, recessu corruptionis causa est. Vide quoque ea, quæ Philosophus disputat *IIX. Phys. t. 53.* quæ istis non ab similia sunt & præsentī nituntur axiomate.

II. Quod primariò pertinet ad causas naturæ vel necessariò agentes, non ad liberas: & quæstio, ad cujus explanationē Philosophus illud adhibuit, causas naturales concernit, non ex arbitrii libertate agentes, sicuti patet ex *§. preced.*

III. Inquis: Philosophus *cit. t. 53 L. IIX. Phys.* hujusmodi proponit argumentum: Primus motor nulli mutationi est obnoxius, semperque eodem modo se habet; ergò semper atque ab æternò mo-

ERGA

tum edidit, (si enim jam movet. & ab æterno non movisset, aliter atq; aliter esset affectus) & per consequens motus & mobile æternum datur. Quod argumentum nititur præsentī regula: *Idem eodem modo se habens semper facit idem.* At primus motor, nempe Deus, est agens liberum. In agente libero ergo Philosophus quoque usum ejus agnovit

IV. Verùm nullum sententiæ nostræ ab hoc argumento infligitur vulnus, cum multi Interpretes ex hoc ipso & aliis locis disputent. Aristotelem statuisse, Deum non liberè, sed necessitate naturæ movere, inter quos sunt Scotus. *l. distinct. IIX. q. IV.* Hervæus *Quod l. II. q. IV.* Quos sequuntur Soncinas *XII. Met. q. XIX.* Javellus *ibid. quest. X.* Conimbricenses *IIX. Phys. c. II. quest. V.* & alii.

V. Videtur autem propositio illa vulgaris: *Idem quatenus idem semper facit idem*, non planè esse eadè cum Aristotelica, cum Aristoteles non dicat *τοιοῦτ' ἔσται*, sed saltem *ἢ ἔσται τοιοῦτ' ἢ ἄλλο τι*, aptum est facere, & sic Aristotelica de potentia loqui videtur, vulgaris autem de actu. Existimo nihilominus Aristotelis quoque verba de actu esse accipienda, cum quæstiones, ad quarum determinationem ea adhibet, actum concernant,

VI. Porrò non sine causâ dicitur, *idem quatenus idem, vel eodem modo sese habens.* Nam eadem res, quæ naturâ agit, diversa, imò contraria effi-

efficere ter atque eadem li dulce effi si biliosô tricula, al est eadem sicci, hoc Galenus Rutam & neris pr veneris i

V. I. S. ignis eod indurac exteriora res parte modò aff trahantu

IIX. vel eodem ut non se disp. Men cursu, & dum req dô sese h Quod si gat, id ne quod obj

effi

efficere potest, si diversimodè sese habeat, & aliter atque aliter constituta sit, quemadmodum eadem lingua, quæ in constitutione naturali hoc dulce esse judicat, idem ut amarum apprehendit, si biliosò humore sit imbuta. Brassica. ut & lentacula, alvum ubricat & fistit, sed non quatenus est eadem. Illud enim facit ratione humidi sive sicci, hoc ratione corporis solidi, sicut autor est Galenus *L. I. de facult. alim. c. I. & L. II. c. XLIV.* Rutam & mentam virides flatu excitare, & veneris pruritu, siccitas verò flatu discutere, & veneris impetum compescere scribant.

V. I. Sed adhuc obitare videtur: I. quod Sol vel ignis eòdem tempore & eòdem modò sese habens indurat lutum, & liquefacit butyrum, calefacit exteriora corporis, ventriculũ & alias interiores partes frigefacit. II. Quod anima eodem modò affecta facit, ut pulmones dilatentur & contrahantur. Istæ causæ autem sunt naturales.

IIIX. Verùm responderetur, illud *quatenus idem, vel eòdem modo sese habens*, ita esse accipiendum, ut non solum in se idem sit, sed etiam, ut Suarez *disp. Metaph. XVI. s. VI. p. 12.* loquitur, in concursu, & in concavis & circumstantiis ad agendum requisitis. Vel dicendum, idem & eodem modò sese habens, facere idem, quantum in se est. Quod si agens naturale modò agat, modò non agat, id non ad ipsum per se est referendum, sed eò, quod objectũ jam cum aliis requisitis est præsens,

K

jam

jam vel ipsum abest, vel aliud quoddam ex requisitis, quam doctrinam paucis complexus est Aristoteles *L. IX. Met. t. 18.* quando ait: *Alie verò potentia, de quibus actum est, contradictionis sunt omnes. Quicquid enim movere hòc modò potest, potest etiam non hòc modò, si ratione moveat, quæ verò rationis expertes sunt, eò quod aliquid adsit & absit (τὰ παρὰ τὴν φύσιν) contradictionis sunt & ipse.* Quod si etiam diversi ejus vel contrarii effectus conspiciantur, non id provenit à causâ tali per se, sed à diversitate objectorum, vel aliorum, quæ ad agendum requiruntur, quemadmodum patet in exemplo luti & butyri, quorum illud Sol vel ignis indurat, hoc liquefacit. Proficisci enim hanc effectuum diversitatem ex eò, quod objecta diversa sunt, vel cæcus videt; indeque satis perspicitur, quod semper lutum eodem modò se habens indurat, butyrum semper liquefacit, nunquam illud liquefacit, hoc indurat. Quò pertinet, quod stipula & alia in igne coniecta statim comburuntur; linum asbestinum verò, & ex eo confectæ mappa igne non absumentur, sed potius mundantur, sicut scribit Plinius *L. XIX c. 1.* Quod Sol & ignis corpus calefaciunt, per se est, quod autem ventriculum & alias partes internas refrigerat, per accidens contingit, & propter aliquod interveniens, quod scilicet, dum cutis calefit, pori ejus aperiuntur, quibus apertis calor internus exspirat & sic inferiora frige fiunt.

IX,

IX.  
 zibus p  
 nimâ,  
 divers  
 di cali  
 frigid  
 quod i  
 eas, (c  
 pressur  
 defisit  
 dem n  
 vel de  
 dat?

X.  
 non p  
 eodem  
 bus re  
 quisti  
 haben

XI.  
 ti Reg  
 quand  
 an ipsâ  
 dem m  
 cillo p  
 num e  
 animo

XII.  
 bus, q

IX. Quod attinet alterum de contrariis motibus pulmonum ab eodem principio, nempe animâ, effectis, respondet Fonseca, eos fieri propter diversos fines proximos, cum pulmones ejcendi calidi aeris causâ comprimantur, attrahendâ frigidi extendantur. An forsân aliquid hûc facit, quod in ipso mobili occurrit quædam contrarietas, (comprimitur enim dilatari, dilatatur compressum) aut quod ab hisce motibus nunquam desistit, sed perpetuò efficit, & quidem eodem modo & tenore, nisi ex caloris vehementia, vel debilitate, aut aliunde varietas aliqua accidat?

X. In causis liberis ex proposito agentibus, non perindè locum habet Regula, siquidem illæ eodem modo sese habentes, & præsentibus omnibus requisitis, possunt agere & non agere, & requisitis eisdem existentibus, & eodem modo sese habentibus, possunt diversa agere.

XI. Sunt tamen, qui & causas liberas præsentis Regulæ subjiciunt, arbitranter, hîc quoque, quando eadem causa diversa operatur, occurrere in ipsâ aliquam mutationem, & sic non planè eodem modo esse dispositam, ut licet eodem penicillo pictor & Helenam aliquam & strigofam anum exprimat, intervenire tamen hîc diversas in animo pictoris ideas.

XII. Verùm quid de ipsis ideis sive conceptibus, qui in animo pictoris formantur, dicemus?

An non potest ex merâ arbitrii libertate pictor se determinare ad diversas secum concipiendum ideas, ut diversas intuitu earum effingat picturas? Sed plura de hisce alibi.

XIII. Quod si quis statuerit, non planè nullum propositionis nostræ esse usum in causis liberis, quantum ad ea, quæ ad mores pertinent, quod is v. g. qui ex habitu peccat semper peccet, nisi materia peccandi deficiat, nec vel in ipsò, vel extra ipsum reperiat, propter quod continere se se cogatur, cum eò iam non litigabimus.

## REGULA VI.

*Idem est causa contrariorum.*

Constitueramus & hujus Regulae explicationem hoc loco proponere, sed angustia chartæ exclusi in proximam aut aliam quãdam sequentium Disputationum eam rejiciemus.

*Disputationum Philosophicarum*

SEXTA,

continens

REGULAS V.

*circa doctrinam*

CAUSÆ ET CAUSATI

RESPONDENTE

*publicè*

JOHANNE HEINRICO Blendinger/

Noriberg.

RE-

Pr  
E  
ri  
or  
ge  
constat  
gnum il  
veri inc  
causa ef  
I. q. XX  
Fili affe  
liis discu  
tiam exp  
V. Meta  
niversal  
lam dicit  
atur & a  
II. Ve  
bis Philo  
ait, causa  
tur princ  
causam  
expresse  
verbis: *natura. a  
principiu*  
III. L